

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus e  
cum fonte primo

Dyaboli custodie  
annos mille intelligimus,

←

id est annos omnes suos queque pars habeat  
diuersis ac propriis prolixitatibus finiendo,

→

sicut de CCCC annis in XVI  
huius operis uolumine disputaui,  
quoniam plus aliqui erant  
et tamen quadringenti sunt nuncupati.

Augustinus ibidem (XX. de ciuitate Dei)  
capitulo XIII.

Remanet igitur, ut, cum audimus: *Sacerdotes Dei et Christi regnabunt cum eo mille annis, et cum finiti fuerint mille anni, soluetur Satanus de custodia sua,*  
aut non regni huius sanctorum  
intellegamus annos mille  
finiri, sed uinculi  
diaboli atque custodiae,  
ut annos mille,  
id est annos omnes suos, quaeque pars habeat diuersis ac propriis prolixitatibus finiendos,  
ampliore sanctorum regno, breuiore diaboli  
uinculo; aut certe, quoniam trium annorum  
et sex mensum breuissimum spatium est,  
computari noluisse credatur,  
sive quod minus satanae uinculum,  
sive quod amplius uidetur  
regnum habere sanctorum,  
sicut de quadringentis annis in sexto decimo  
huius operis uolumine disputauit;  
quoniam plus aliquid erant,  
et tamen quadringenti sunt nuncupati;  
et talia saepe reperiuntur in litteris sacris,  
si quis aduertat.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 20.13  
(CCSL 48, B. Dombart ed., p.723, ll.54-68).